Rytarowcy Diuisionem inter se Roborant.

contentorum divisionis praefatae orundet singulorum tam in toto quam in parte totius quoties opus fuerit ad solvendum succumbens. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac pro aliqua ea praemissis non completa complendisque praemissis citata ex nostris partibus praemissa non tenens sive eius successores ad instantiam partis alterius praemissa tenentis aut eius posterorum ad officium praesens castrensem capitaneale Praemisliensem extunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare juri parere respondere vadium praetactum luere inscriptionem huic satisfacere ac omne judicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia obligat eundem terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorenitate successorum legionem intra vel extra regnum servitio militari ad munimenta ad Eucharistiam vel aliis quibusvis villationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietionem ultra praeterea terminos officii praefati castrensis Praemisliensis villationem sibi non recipiendo nullasque moras appellationes earumque prosequutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus juris praesentione terrestri bello conventionique tum aliis quibusvis juris remediis ac defensis non subterfugiendo hac sua praesentia personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Blazowska sup Inscronem Mariti Consentit

Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus castrensis Capitanealis Praemisliensis Pandrosa Anna Wislocka Generosi Andreae Blazowski confor. legitima cum consensu praesentaneo et assistentia personali eiusdem

Mariti sui

Mariti sui uti Tutoris Coniugalis Necnon Nobilium Theodori Kopystynski et Joan. Kulczycki Amicorum suorum de linea Paterna Proximiorum Consanguineorum hic idem coram eodem officio et Actis praesentibus ad latus ipsius personaliter stantium et ad infrascriptam recognoscenda sibi libere consentientium sana mente et corpore exactis a terris distributis jure jure jurisdictionibusque suis quibus propriis et competentibus recedendo huic autem jurisdictioni castrensis Capitanealis Praemisliensis quoad actum praesentem attinet secum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publice ac per expressum recognoscit. Quia ipsa eliberando suprascriptum Maritum suum abonere decreti officii praesentis castrensis Praemisliensis quo mediante statutio sui ad infrascriptam recognoscenda eidem Marito suo iniuncta est tum etiam abonere inscriptionis terrestris Praemisliensis per eundem Maritum suum Generoso Joanni Kiesuwastowski ad infrascripta recognoscenda pro se facta eandem inscriptionem terrestrem Praemisliensem praefatum Maritum suum praedicto Kiesuwastowski sup certas fortes ipsius hereditarias in villa Vlerce consistentes tum super sylvam ad Bona villae Blazowo spectantes Kiezurka nuncupatas in Palatinatu Russiae et Terrae Praemisliensis iacentes modo elevatorio fuerit respectu juriumque suorum approbat confirmat et ratificat per praesentem super eandemque de juribus suis Adiutaticiali et Reformatorio praefato Marito suo habitis et ipsi ad Bona praefata modo quovis servientes consentit salvis nihilominus juribus suis Adiutaticio et Reformatorio quo ad alia Bona spectat in pleno ac toto robore manentibus quae eadem recognitione salva et illesa manere vult hac sua personali recognitione ad praemissa mediante.

Podolski Dunikowskiemu Recognitionem Roborat.